



**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac  
Summa Potestate Rom. Pontificis**

**Wesseling, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1662**

2. De nomine Pontificis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64514)

4 DE JURE MAIESTATIS

majestas Christianæ Reipub. Hos æquant  
Præfectis Prætorio, Accurs & Bart. in l. 1.  
ff. de Offic. Præfect. Prætor. Alber. in rubr.  
de stat. homin. Regibus, Clarus lib. 5. sen-  
tent. §. ult. q. 98. n. 5. Gothofred. in l. om-  
nem, 42. §. præterea, C. de Episc. & Cler. &  
in Aurifod. iur. publ. verb. Papa, verb. Rom  
Pontif. pag. 1557.

---

C A P. II.

De N omine Pontificis.

P ontifex dicitur à Ponte apud Marc.  
Varronem lib. 4. de legib. Quod scilicet  
Pontem faciat, id est, vitam ostendat aliis  
bono exemplo vitæ, & doctrinæ, c. inter.  
de offic. iud. ord. Quia est Ephorus, & Ca-  
put omnium Ecclesiarum, & Pons Uni-  
versi Orbis, per quem omnes transire, id  
id est, quem omnes amplecti debent, qui  
vitam supernam habere desiderant, c. cur-  
cta per mundum, & c. seq. c. nemo, q. 3. c. 22.  
dist. 22. Cui omnes parere necesse est, c. 1.  
dist. 93. Sicut enim Sol (ait Bald.) se habet  
in Planetis, ita Papa se habet in Ecclesiis.  
Hinc potentissimi Principis nomen sorti-  
tus

tus est, & vocatur *Universalis Ecclesie Re-*  
*ctor, Vicarius Christi, cuius est terra, & ple-*  
*nitudo Orbis terrarum;* Et omnes dignita-  
tes in eo sunt, sicut in Imperatore, Bald.  
*consil. 328. n. 11. lib. 1.* Quia dicitur habere  
*Regnum Urbis, & Orbis,* & facit idem  
*cum Deo consistorium,* Bald. *consil. 388.*  
*lib. 4.* Et dicitur *Summus Pontifex*, quia  
*est supremus, & primus super omnes mor-*  
*tales, omnes judicat, & à nemine judica-*  
*tur, c. si Papa. 40. dist. Jul. Clar. in §. fin. q. 35.*  
*Est Pater omnium fidelium,* & Deus in  
*terris dicitur. Unde rectè osculatur in pe-*  
*de ob reverentiam, & obedientiam ipsi de-*  
*bitam:* Nam si Princeps Catholicus, qui  
*humanis præsidet, hic in terris adorandus,*  
*l. I. C. de Præposit. Sacr. Cubicul. l. 1. Cod. de*  
*appar. Præfect. urb. l. 1. C. de silent. & decur.*  
*Cur non Summus in terris Pontifex,* qui  
*divinis ministrat, & Principe superior,*  
*Novell. 6. in princ.* Reverenter exoscul-  
*landus? Vel si jure Civili purpura Princi-*  
*pis venit adoranda, l. 4. C. de consf.* Purpu-  
*ram, aut pedem Romani Pontificis nihil  
obstat, quominus adoremus. Quia reveren-  
tia facta Papæ, fit Deo, cuius est Vica-  
rius, Jason. in l. I. col. 2. ff. de fer. per l. nona*

A 3

distin

## 6 DE JURE MAIESTATIS

distinguimus, &c. Sacerdotio, 4. ff. de recept. arbitr. Id enim, ait textus, non tantum honori personarum, sed & Maiestati Dei indulgetur, cuius Sacris vacare Sacerdotes oportet.

Quinimò reverentia facta Sedi Apostolicæ fit ad honorem Omnipotentis, Novell. 9. Nec passim omnibus promiscue salutandi licentia permissa, arg. l. 2. 4. & s. C. de proxim. Sacror. scrib. Postremò Præfести Prætorio osculabantur à domesticis & protectoribus Principum, l. 1. Cod. de domest. & protect. Cur istum honorem, ait Rintel. Successori Petri, ac Vicario Summi Præfedi Prætorio denegaremus? Adorare tamen hic impropiè ponitur pro exhibitione reverentiae: Principes quippe adorantur, & salutantur alii, ut Comites, Barones, &c. Unde Accursius concludit, in d. l. I. C. de domest. & protect. Papam, ut Summum Pontificem, Vicarium Dei, ac Regum Principem rectè osculari in pede. Hanc materiam fusiùs vide in Aurifod. iur. publ. verb. Papa, pag. 1325. & verb. Romanus Pontif. pag. 1557. & seqq.

CA-